per Philippũ mariã anglum cui ſponſione fidei ſum obſtri
ctus: mihi licuerit. Valete ex Sena idibus ſeptẽbribus. M.
cccc. xxxviij.

Franci. Philel. Antonio panhormitæ poetæ ſal.

b Ononiæ hoc ſemeſtri futur⁹ ſum: hoc ẽ a Kal. Ianu-
arijs ad Kal. quĩtiles: tametſi ante Kalẽ. Ianua. Sena
decedere nõ poſſum. Decreuerũt aũt nobis Bononiẽſes
in id tẽporis ducatos quadringentos quinquaginta: quod
præmiũ antehac nemini ũq̃ nõ bononiæ modo: ſed neq̃
uſq̃ in italia cuiq̃ datum ẽ. Id qđ tibi pro noſtra beniuolẽtia
uoluptati fore certo ſcio: quippe qui amicorũ cõmoda &
honores tua cõmoda honoreſq̃ eſſe ducas. Poſtea uero
ad cõſtitutã Kalendarũ quintiliũ diem bononienſibus reli-
ctis: cõcedam Mediolanũ ad noſtrũ illũ diuinũ principem
Philippũ mariã anglũ: Is em̃ me ſuis ornatiſſimis: & munifi
centiſſimis litteris ad ſe deuocauit. Quare ſiquid me uis fa
cturum: in te eſt: Tu me optimo regi Alphonſo cõmenda-
to. Vale ex Sena. idibus Septẽbrib⁹. M. cccc. xxxviij.

Franciſcus Philelfus Rhaphaeli fuſcherario ſal.

t Vam in me ſingularem beniuolẽtiam magnifacio.
Quod aũt hortaris: propediem ad uos eam: ueniã
enim nõ mediocriter ab oĩbus expectatus. Hortaris tu q-
dem: ut aiunt: equũ ĩ lidum in campum. Quare & ſi Senen-
ſes deceſſioni meæ moleſti ſunt: faciã tñ: intelligas: quãtũ
apud me pondus tuæ amiciſſimæ litteræ habuerint. Vale
ex Sena idibus ſeptẽbribus. M. cccc. xxxviij.

Franciſcus Philelfus Lapo Caſtelliunculo ſal.

n On poſſum tuã diligentiã nõ probare & fidẽ pie-
tatẽq̃ erga me. Mones: inſidias caueã: eẽ em̃ quoſ-
dam: quos mei nõis ſplendor offendat: & iccirco mihi exi-
tiũ machinari. Ego aũt quãq̃ nõ ſum ignarus: qđ uulgo di-
citur apud græcos Το ἐιμαρμ εμόμ ἤ ξέιμ nihil tñ omitto.
qđ meæ ſalutis intẽeſſe putẽ. Nã prudẽtis cõſilio fieri poſ-
ſe cẽſeo: ut oĩs uis neceſſitatiſq̃ fatalis: aut repellat: aut di-
uertatur: aut leuius ſaltẽ offendat. Tibi autem gratias ha-
beo: quod omni in re te mei ſtudioſiſſimũ præſtes. Vale
ex Sena pridie Kal. Octobres. N. cccc. xxxviij.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0065
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG